Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26564
Copyright: Admont, Benediktinerstift



14

bile perturbant. aut rationale obscurant.
aut corpus doloribus circumdant. aut corpora
lia dirumpunt.

Aut per se nos demones temptant. aut eos qui non
timent dominum contra nos armant. Et per se quidem.
quando ex omnibus secesserimus. sicut in dominum in
deserto. per homines autem quando cum eis demoramur:
sicut in dominum per phariseos. Sed nos ad formam nostram
respicientes. utrimque illos repulsemus.

Quando incipit mens in caritate dei proficere.
tunc demon blasphemie incipit eam temptare.
in huiusmodi cogitationes ei submittit. quales
hominum quidem nullus. solus autem huius pater diabolus
adinuenit. Hoc uero facit. inuidens deum aman
ti. ut in desperationem ueniens utpote qui talia
cogitauit. non audeat per consuetam orationem ad
eum reuolare. Nichil autem proficui hinc consequitur
predo ad propriam intentionem. sed potius in certiores
nos efficit. Cum enim pugnamus in impugnamur.
probabiliores in precordialiores in caritate dei
inuenimur. Gladius autem eius intret in cor ipsius
in arcus eius conteratur.